

G R S

1 5 7 2

M

A 57

~~I. I.~~  
~~2 F. 7, 415.~~

d  
Canisij veltflucht

aller Jesuiter v̄-

berster auch des Römischen  
Papstes Doctors Petri Canisij auß-  
drehung / darmit er nach S. Petri befehl von  
Mr. Johanne Gnipheo Frisio vor der hohen  
vniuersitet auff besserung auff höchsten spra-  
chen vnd löblichen scriptoren Christlich  
gebetten / sich nit hat stellen  
dörffen / 2c.

Alles dem Papstumb auch selbst Je-  
suitern von Canisio abzufallen / vnd  
dem Lutterthumb bey zufallen dem  
Gebenedeytten Gott zu Ehren auff  
Lattein vnd Teutsch be-  
schriben.

M. D. LXXI. 25. Martij.

Der Beck ist mein nachbar  
Jo. Wink!

Commissarius

Ulrich Schmitt

betreffend des

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



ILLVSTRIS  
SIMO PRINCIPI AC  
Domino Domino Ludouico pijsi-  
mo, Comiti palatino Rheni & duci  
Bauariæ Domino suo  
Clementissimo.

Gratia & pax à Deo patre & Domi-  
no nostro Iesu Christo cum  
S. P. S.

Illustrissime princeps Clementissimè  
Ime D. scio ex præteritis Tuæ clemens-  
tiæ in me affectibus, quod tua cle-  
mentiam me non odit, ἀνὴρ δὲ χρησος, χρησὸν δ' ἐμὶ  
σεῖ ποτὲ: non erro, ἢ γλῶσσα τ' ἀληθὴ λέγῃ: ἢ  
non nossem, minus hac opinione peccarem  
Ο μὴ δὲ εἰδὼς εὐδὲρ ἐξαμαρθάνῃ. Reminiscor  
id gratus, vt scribitur, χάρις λαβῶν, μεμνησὸς  
per T. C. virtutes, quibus Μακάριος ὄσις μα-  
καρίοις ὑπηρετεῖ in T. C. imagine, qua εἰκῶν  
Υ Βαα

Ὡς βασιλεὺς εἶναι ἔμτυχος θεῶν, & T. C. vita,  
 quæ τυφλὸν Ὡς καὶ δὺς κνον ἀνθρώποις βίος.  
 quare officij vicissim in loco, quo πόλις suo  
 modo σώζει πόλιν, non intempestiva volup-  
 tate quæ τίηπὶ βλάβην, nec laude mea, quæ  
 sic vetatur, ὑπερσεαυτῶ μὴ φράσης ἐγκώμια,  
 sed iusti illius lege, qui δίκαιός ἐστιν, ἔχῃ μὴ ἀ-  
 δικῶν, ex sapientis mandato, quo sic præci-  
 pitur ζῆτ' ἑσέαυτῶ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν, nouum  
 nuncium pietatis, vt sapiens inquit, ὑπερ εὐ-  
 σεβείας καὶ λάλη καὶ μανθανε, T. C. de actis  
 meis, cum Canisio Iesuitarum principe au-  
 xilio Dei, quo, θέλοντος καὶ ἐπίρρο'ς πλεόις,  
 transcribo.

Etsi hæc coepta nihil fructus habent,  
 tamen iudicium Dei contra Canisium indis-  
 cant, quo illi animum defendendi sui & pro-  
 fessionis Deus est ablaturus, eumq; breui  
 deleturus, quod sane magnifice in glori-  
 am Dei profiteri ex sacris, decursu tempo-  
 rum, quibusdamq; sapientium arcanis reue-  
 lationibus ausim. Deus fortunet, quæ ali-  
 moliantur. mihi adsit orabo, nec diffido, præ-  
 sentem Deum video, manu a deo deputatos  
 suos ducit, scio sat scio. quod si hæc quis  
 subfannet, is vt Augustinus de se voluit,  
 Cons

Confess. lib. Deum consulat, qui operatur  
sublimia per humilia mundi. T. C. pro officio  
ut debui plurimum de instituto certior  
rem facere volui, ut quid tempore tanto  
agam T. C. cognoscat, quod pergratum  
fore, non diffido T. C. me deinde com-  
mendo, Deus T. C. una cum illustrissima  
coniuge ducissa hic incolumē seruet & æter-  
nus Iesu diuitijs coronet, vale Datum  
Noriberg. Raptis. Anno 1571  
12. Martij

T. C.

Humilis seruus  
M. Ioh. Gniphæus Frissus.

# Kurzer Inhalt

der fürgenommenen handel  
Johannis Gniphes Frisii / wider den  
hochgelerten Docto. Canisium Jesui-  
ter Hauptman.



Canisius ist ein  
inquisitor / auffsu-  
cher aller lehr / so wi-  
der den Römischen  
Papist im schwang  
geheth / durch Germa-  
nien / vom Papst er-  
foren. hat dem des-  
halb einen Eid al-  
ler solcher lehr vnd Personen / nach vermöge zu  
verfolgen geschworen / setzet neben das auch /  
sein new erfunden / bey der Pepslichen / zur hoch-  
sten schirm / durch Catechismen / vnd der glei-  
chen / lehr ? verbannet vertreibt vnd veruilget /  
personlich / auch mit sein Ratt / alle personen  
vnd lehr / am allerhöchsten vnd nidrigen stan-  
den / was da wider ist / vnd füret dem zu glauben  
einen



einen gleiffenden schein. Derhalben ist er / vnd  
hat diß alles wider mich vnd jeder menschen  
im Römischen Reich so dem Papp zu widern/  
angestellt/vnd tobet drauff/ wie bekant/te.

In sein Cathechismo befind ich ein lehr wi  
der Christo / vnd von anfang anherlich Got  
tes Kirchen/auß den selben befind ich auch/ sein  
vntüchtig leben. Hab der halben sein Lehr vnd  
leben wider gelegt. solches Röm. Käys. May.  
zu speir/auch andern ansehenlichsten zu erken  
nen/auch Canisio selbst gegeben / vnd zur buß  
oder verantwortung gebetten. Vnd solchs oder  
zu Augspurg/oder zu Lauingen vor der vniuer  
sitet zugeschehen. vnd diß/ der/ferner meinung  
das Canisius / sein schriften vnd ehr behielt/  
auch mich/wie er wolt/ mit todt straffet / so er  
mich auff Hebreisch/ Griechisch vnd allerlob  
lichste scriptoren/auff sein bücher überwunne.  
So ich in aber vberlege/wolt ich in inn der Lut  
terschen Kirchen füren/im vnsern verleugtne  
ten von im Christum lassen Predigen/vnd die  
von im getrente Sacrament gestalte lassen Rei  
chen/damit er Gottes Kirchen nit weiter mit  
sein lehr leben vnd verfolgung betrübet. Aber  
Canisius hat sich seiner Ehren vergessen/dorff  
sich nicht auff S. Petri befehl stellen / ist velt  
flüchtig/drumb wollen dem / alle fromme her

ken mit lehr vnd Gebett nach eilen. Denn Got  
wirt in stürken/darzu sprechen alle gleubigen/  
Amen/Amen.

**P**Ridie Natalis Domini anno 1570 hora  
8. Vespertina sub Cœna scripsi D. D.  
Canisso Iesuitarum Capitano viro inter  
Catholicos Papæ omnium mortalium  
Doctissimo hæc fere amicissime. Me effla-  
gitare Ecclesiæ nomine, mea Causa, & Cas-  
nisi bono, vt ea sibi placerent quæ contra  
eius Catechismum publicassem Lutherocq;  
concederet; sin minus, tum, vt se vel scripto  
aut voce purgaret, & mea ille, sicut eius es-  
go, scripta veris Dei antiquitatisq; testimo-  
nijs destrueret, meq; sibi deditum suo iure  
puniret. hoc enim id Compendij esse latu-  
rum, vt vel Germania hoste tali liberaretur  
Ecclesia minus vt factum in tot regnis Cas-  
niso arbitro, flagellaretur, Canissusq; con-  
cors vniuersorum saluaretur, vel ego puni-  
tus victoria victus Romanis cederem. hac  
enim me causa Augustam venturum Cæs.  
May. Spiræ ipse dicebam nam Augustano  
esse sanguine Iesu etiam redemptos, quos  
lenocinio tali Canissus non præsumeret vltè-  
rius

rius lactare. Canisius vespere statim legie  
ad se missa, & die sequenti nempe ipso Nas  
talis à concione se mihi responsurum promi  
sit. prestolabar bi duo responsum, nihil aduo  
labat, quare vespere Stephani diei festi remi  
si nuncium, cui Canisius inquit, nomen lite  
ris meis non subditum esse, fugere igitur se,  
quis scripserit, nescire, cui rescriberet. sed  
hoc effugium sibi non constabat, nam mis  
seram cum Epistola libros duos à me pube  
licatos, alterum ad Cæsarem, & unum contra  
se, quibus nomen meum toties impositum  
legitur, & adhuc dubito, num meum nos  
men Epistolæ meæ minus subsiderim, quod  
si factum est, festinatio in vitio (si vitium est  
nominandum, vbi toties nomen est publi  
catum) fuerit, ascripseram omnes circum  
stantias, quibus me authorem vel indoctus  
scolasticus agnosceret. Confestim igitur ve  
spere eodem, eadem verba, quæ ante scripse  
ram, Canisio remittebam. Epistolæ enim  
copiam, instinctu superum mihi reserua  
ram. Canisius igitur die Iohannis à concio  
ne affore mihi, quod vellet, renunciabat.  
Vespere igitur Iohannis repetebam pro  
missum, per meum admissum diuersum à

A 5 priori

priori nuncium. Canisius igitur nouo effu-  
gio, eum sibi sisti nuncium, qui Epistolam  
attulerat reposcebat, apud eundem se mihi  
responsurum sancte promittens, illud inuisi-  
tatum effugium ne locum teneret, remitte-  
bam quem reuocabat Canisius, tabellaris-  
um, quē cum cerneret Canisius, denuo mu-  
tatus, illi Canisius respondit, me ipsum ad se  
venire iam debere, vt responsum ipse refer-  
rem, idē die innocentum festo. Respondi  
me nolle venire, nisi antescriberet, quo esset  
in me animo affectus & quo iure sine bo-  
noq; ipse venirem. Canisius eodem momen-  
to respondit, se nolle scribere, sed verbis age-  
re. remisi tertio eadem hora 8, me ante om-  
nia scriptum poscere, quo tuto ipse niterer.  
Remittebat ilico & nuncium & suum ad-  
iunctum ministrum, qui me sine mora ad se  
vel templum Marię suam abduceret, agere  
enim se coram doctis suis mecum velle, nō  
scripto vllō famulus eius dictabat & sancte  
firmabat. Candor hinc Canisij & fides su-  
specta apud me fiebat quod scribere ne col-  
loquij legem quidem, quod nemo hones-  
tus ac bonus emittit vel recusat, ipse tergi-  
uersabatur. non igitur ea hora parebam, sed  
pastores

pastores in testes iungendos sollicitabam,  
ne quid mentiri ad Cæsarem vel Romam  
Canissus posset. Concionatores Augu-  
stani, excusabant sese, ne essent testes, quod  
sibi à suo magistratu esset interminatum,  
ne quid publicarent, vel controuersia mo-  
uerent seu contra Catholicos interessent, fo-  
re enim id peremptoriè suarum rerum &  
conditionum. Destitutus igitur claris testi-  
bus, inuitaui ad me Canissum die circumci-  
sionis D. N. I. h. Ch. quo Epulari honeste &  
negotia religionis controuersa peragere eo  
die vellemus, tutum enim vtrique esset diuerso-  
forium, quo ipse quot vellet umbras addu-  
xisset, egoq; vel claudestinis idoneis, qui  
colloquium scripsissent, euentuq; affuissent  
vt oportebat, qualium copia vel mille pro-  
stabat, qui votis summis id fieri vel deum o-  
rabant, instructus fuisset. sed Canissus vel  
duci illustrissimo se præsentiam in diuerso-  
rio recusare aiebat. Cuius igitur honesti do-  
mum Colloquio commodam, querebam  
& post varias deniq; D. M. Docti viri, ludi  
symnistæ fabricij ciuis: sed omnes ac ille in-  
sidias Canissanorum metuentes, colloqui-  
vsum talem detrectabant. Re igitur omni de-  
sperata Auguste prouocaui Canissum 4. Ia

nuarij ad Academiam Lauingensem, vt cau-  
sam Dei coram Doctissimis Academiae  
Doctoribus ad vsum Ecclesiae tuto bene di-  
sceptaremus.

**DOCTISSI-  
MO ET CELEBERRI-  
mo absolutæ pietatis viro D.D. Cani-  
sio nomine Rom. sedis hæreticę prauitatis  
inquisitori, D. suo colendiss. ad ma-  
nus proprias.**



**R**idie Natalis D.  
anno 70. scripsi tibi  
tuum rescribere  
fuit, si noluisses illic  
co ad obiecta, res-  
scripsisses tamen qd  
fieri opus collo-  
quio putares. Qua-  
re die Ioh. respons-  
disti, famulum redire oportere qui Episto-  
lam posteriorem tibi attulerat, vt is, non alius,  
resqonsum ad me tuum, die innocentia-  
um res

um regeret. Cum sane, quando veniret,  
postulatu obaudiens, te meam praesentiam  
efflagitare, nunciij in loco, mutatus, integri  
diei consilio diceres, idque sine cautela, sine o  
dij tui vel amoris tunc indicio. Insuetum est  
id genus imperij honestis. quid: petitus ter,  
vllam literam, rescribere ad me negasti.  
quid: Iesuiteque ad me misso, imperasti effari,  
ne literam te mihi scripturum si tu religio  
ne solum modo verbis mecum tractare pre  
sumis, idque hac fide, qua te putes, Deo ange  
lis & Ecclae. probaturum, non id Germanis  
am non Caesarem celaturum, quare negas  
tam scriptis, id facere quam voce. Colloquij  
propositum cum circumstantijs utique narrales,  
sicut ministrare prouidentia solent, qui ab  
origine Colloquia exercuerunt. Et si quis cae  
sarem vellet coram conuenire, tamen id sapi  
ens consulto ordine faceret. quae tecum ago  
Germaniae commodo adorno, idque hoc sco  
po ut concordia, si fas est coalescat, tu  
missa deserta Lutheri concedas vel ego va  
pulem. proinde cum hic sit propositi tecum  
agandi finis, magis haec scribi nostra acta  
quam dici consultum est. prodirent tamen,  
quo veritas manu scripta intemerata luceat,  
tuus

Germaniæ vter dei verbum & vter mendacium mundo propinet. Vir bonus audet palam scribere & publicare quæ dicere. Ausdes mihi obloqui, nec scribere, quid istud genus ingenij, si hic turca, sapiens, stultusue disceptaret, tuam fidem in dubium, vocaret. tuus famulus ille me abducere parans ait, te adfore, vel se presente, vel solum, itē non nisi coram Doctis ac verbis acturū solis. Quid imprudentius mea sine testibus presentia designatum fuisset, nec tu tam flagitiosus esses, istud postulare, cum id vtiq; iuxta francum noxæ esse vtriq; potuerit. tibi arbitros & notarium assereres, me imparatum testibus desideras: vbi isthæc nata est æquitas. Ego testibus ob prelibatum finem tecum loquerer, ne tu mentiens me victum Romam triumphes. tua mihi domus verba templumq; Mariæ suspecta sunt, sicut hoc modo vel Cæsari esse possent, quia negas scribere quæ dicere, præsumis. Ego tamen pro gloria Christi, verbo Iesu utili Ecl. non coeptis tecum desistam, vel mei peremptorie (Basilij voce) ergastuli. Eligo q; firmū æter nitatq; sacratum manet, quod nemini imponit, mentiriq; nescit, scribere porro in  
N. D. N.



N. D. N. I. Ch. contra tua profusa induxi  
donec tua scripta Deo Eccl. q̄ probes.

Vnd wil dir schriftlich heimsuchen wie  
ich solchs für Gott vnd der Christenheit bekenn  
nen will/ vnd du erkennen solst dir sey ein freunde  
lichs zu beferung deiner Armen Seelen besse  
rung erbottē. schaffe ich bey dir vnd deinē schrie  
bern nichts / so will ichs daheim geben/ wo es die  
Kirche vnd vettern gethan/ &c. Quod si pie lo  
qui sine p̄posito mecū voles, scias ex deliba  
tis causis id hic Augustæ minus Licere. Et  
addo quod in vrbe Aug. testes idoneos col  
loquio capere, nequeo.

Quia enim actionem contra te tecum  
sic concepi, vt tu. aut victus, palinodiam  
canas, vel ago vapulem, victus, vt voles,  
contentionis nostræ periculum, illi quē me  
tuunt, fugiunt, agunt vetitum, ne q̄ vobis  
scum controuersiam, quasi suffraganei acto  
res, arbitri testes exercean. porro de Do  
mo laboro, cum tu sanctificatū hospitium  
infantis bethlemitici auspicio meū, qua  
si pollutū vites. Ciues appellati de Domo  
formidant tuas tuorumq̄ forte insectatio  
nes quibus Eccl. Cayna abelum persequis  
tur, sicut fauitia in inferiori Germania Lu  
theranos

theranorum hospites tollit, nu istis mir leid ja  
wehe/wie einem hirschen omb frischem wasser/  
Das ich mit dir auff diese wege hie füglich nicht  
handlen kan. Voco te quia cupis mecū lo-  
qui, pie si placet, vt indicat famulus & nu-  
dius tertius praefectus tui ærarij, ad Acade-  
miam Lauing, eo quo dixi scopo, vt coram  
proceribus nos audientibus, & tuis accitis  
auscultatoribus, quod liberrimum & iustissi-  
mum est, agamus, adsciscam notarium,  
idem & tu. Ego deligam rectorem Lauins-  
gensis statuas arbitrio, tuum rectorem dis-  
lingens, vel quod satius est, agemus solum  
modo deo Iudice, qui alterius nostrum clau-  
dat ingenium, conscientiam, mentis scientiam  
confundat obscuret, nequid proferat, he-  
betet, quo victus Dei Iudicio cōticescat &  
alteri palmā de concordia cedat, vt alię ba-  
alitici, & Dauidi Goliath. Ego fundam Da-  
uid ad te, sicut ante quadriennium viennæ  
remoratus in austria pararam, afferam, tu  
Goliath armis prouenias. Die futuro lunæ  
si placet aut si mauis postridie purificatio-  
nis (quod erit aptissimum mihi occupatissi-  
mo, et si relictis omnibus tecum prodibo)  
congre diamur, quo luā vel tu deserta mis-  
sa, reuo-

sa, reuocatis scriptis in Lutheri Ecl. mecum  
concedas, aduolent Catholici concordiaq;  
eueniat, vt sanguis Ch. sanctorūq; eius non  
amplius à Romanistis fundatur, & arma  
ciuilia scholarum ecclesiarumq; in turcam  
moscosq; visceribus nostris vt vertan-  
tur vertamus, vale datum Aug.

Anno 71.4. Ian.

Iohannes Gniphæus Frissus.

**H**Anc Epistolam valde mane Ho-  
ra 8. ad Canissum transmissi. recepta  
fuit Epistola, & dictum nuncio, Canissum  
abesse domo apud amicum, non vrbe exis-  
uisse, iubere igitur vt nuncius hora pomeri-  
diana 4. rediret, responsum esse ipsi dādum.  
placatus tenui tamdiu, eodemq; momento  
nuncium remittebam cui deposcenti ad lite-  
ras imperatum, responsum fuit, canissum  
abisse dilingam, regessit igitur Epistolam.  
quibus auditis remissi ilico tabellionem &  
litteras, petens, vt dilingam eas Canisso mit-  
terent. receptæ igitur denuo intro sunt lites-  
ræ ac cum circiter tres horæ partes esset de-  
liberatum, reddita est Epistola mea defes-  
B renti

renti cum mandato quo, iubebar Lauin-  
gam venire. Responsum illud erat indefini-  
to proximum. author non dicebatur qui  
sic responderat. nec Canissus neque eius asse-  
clæ nuncupabantur, eram igitur dubius,  
num responso crederem propter incertos  
authores. Recepi igitur literas, quas quan-  
quam diligenter obsignaram, expresso sig-  
no euidentiq; Characterē, deprehendi mul-  
tum degenerasse. nam, si sigillum vixdum vi-  
deri, vestigia minus cerni, insignium mini-  
me Perspici potuit, sic enim vestigia linea-  
mentaq; signi allisa videbantur. aperui por-  
ro confestim literas, sine diuulsione Chartæ.  
ceræ & signi: præter naturam & vsum cohæ-  
rebat cera signi facile vni parti vel lateri il-  
li cui signum erat impressum, cera illi late-  
ri nihil collimata affixe adhærebat, nisi leui-  
ter cui erat patiens adglutinata. Cultello  
quasi cera à sua altera compage alleuita  
interfissaq; videbatur. hanc sic Epistolam  
deformatam viderunt statim duo bonæ fi-  
dei, Augustani. ministri: hospes meus Geor-  
gius ciuis Augustanus eius vxor famulus,  
nuncius, & Notarius bonæ fidei Henricus  
Bitterferius. quorum testimonia sunt in  
promptu

promptu & cum vestigijs Epistola. quibus colligebamus quod aperta & lecta reclusa esset Epistola, sed lectores adhuc ignoramus. quo vero instinctu Iesuitæ me iusserint Lauingam comparere cum clausam quasi non lectam prouocationem mihi remitterent, adhuc subiudice lis est. seuiebat porro sic hyems, vt frigus plurimos constringeret. tenebam me igitur Augustæ, ac in otio negotiosus scribebam duos libros alterum de trinitate alterum de incarnatione Domini, orationem, Epicedia & Epithalamion. Interim vir Egregius & doctus, pius & bonus M. Fabricius scholæ symnista summus amicus meus candidus scribebat Epistolam quibusdā professoribus Lauin. quo illi mihi vsui sese suosq; in testes cōtra Canisum, adiungerent. Proinde cum sese Hyems remitteret, & me itineri compararem quo Lauingam peruenirem, & Canisio cum arenæ certamine pro gloria Christi agerem, prodebat me quidam collegis Canisij summis, cui responsum fuit, mirari sese, quid vellem exercere Canisum hominem omnium sæculi doctissimum: quem si fato superarem, restare se tamen, qui minus for-

B 2            te quod

te, quod Canissus, essent concessuri. quo ad  
me relato, risi ego & dixi: Non illi sunt De-  
us, reguntur, Deo, non regunt authorem  
mundi, terminatus est eorum malitiæ finis,  
vt Augustinus inquit, vaniloquio iſdem  
ſparſerant, me ab ſenatu ministerium peti-  
uisse ac cōsecuturum Augustæ. tum etiam,  
quod summo munere essem, à ſenatu hono-  
ratus, quo tantam caritatem Augustæ sum-  
ptu Augusto superarem. sed testis est am-  
plissimus ſenatus Augustanus, esse neu-  
trum verum. obolum enim à ſenatu non ce-  
pi nec conditionem petiui. Profectus igitur  
Lauingam poſtridie purificationis, voca-  
ui Canissum vsq; Lauingam, sicut ante con-  
uenerat & literæ quæ id habent sequuntur.  
quid quoquo tempore fuit à Canisso Res-  
sponsum & quid se habuerit, in Epi-  
stola ad ſenatum, missa per-  
strinxi.

**E**

Alia

# ALIA EPI

STOLA MISSA E LAV

inga ipsi Canisso dilingam. qua eum

Gniphæus ad disputationem

prouocat.



Vgustæ testes Ec-  
clesiasticos habere  
nequiui. Idoneos, q  
nostro colloquio  
interessent quia sic  
se excusarunt. Man-  
datum sibi collatū  
olim esse à Magis-  
tratu, cum pro-

fessio Augustana publicari. Concionibus  
ministorum dei in Comitjjs à Carolo quin-  
to foelicis. Memorie, concessa esset ne, quid  
concionatores Augustani contra Romanis-  
tas publicarent, nec se disputationibus vl-  
lis immiscerent, nec ipsi mouerent. Idem  
vobis esse contra ipsos interminatum asse-  
uerarunt, cum aliquibus qui in schola, sena-  
tucz versantur, fidsissimis. Tu scribere Re-  
nuisti ea quæ sine publica & priuata mole-  
stia

stia & testium cura cum mihi, tum cæteris  
in Germania aliquibus qui idem flagitant,  
sufficere possent. Vox enim Euanescit, fal-  
lere potest, nobilitariq; adeo potest, vt cas-  
put inter nubila, famę impię vehiculo con-  
dat: sicut virgilium scribere tu fortè mora-  
lis Philosophus nosti. Verum manus scrip-  
ta sine extraneis vel accersitis munijs ma-  
net: & ea est autoritate munita, vt scripto  
Cæsaret pontifex fidem, sicut reliquus or-  
do mortalium habeant. Nostrum autem  
scriptum potius negotium esse oportet,  
quoniam non ludo in Eccl. Euangelij &  
Christi mei tecum sententiã: sed me abs te cor-  
rigi, & plane puniri, vt voles flagito, vbi tu  
me errasse, & publicatis in Deum Eccl. &  
te ipsum, peccasse monstraris. Aut tu diuino  
gladio superatus, sanatus in Eccl: Lutheri  
concedas. Desinas in Germanos Luth. in-  
quirere, nec funestis bellis crucibusq; His-  
paniæ Galliæ Germaniæq; partium, flam-  
mam amplius, tu mitra oblata ministres.  
Peto igitur vt Lauingam, quo me venire  
tu vel tui, nescio qui, iusserunt, Aug, Cum po-  
stremam Epistolam ad te mitterem, ad me  
cum tuis, quoscunq; accersas, die quo voles  
scribe



scribe quem velis, venias, quo publice coram Academia aut priuatim inter arbitros vtrinq; accitos Authenticos & fidsimos de Religionis opere totius tanquam in conspectu dei agamus, vt nos scopo, quo dixi collatis sententijs, erudiamus, inuicem mutuo & coalescamus. An tu publice vel priuatim velis differere, feligas, vt voles, quod velis rescribas. Nam in Academia liberum est vtrolibet modo procedere & testes deligere, quod si tibi Lauinga displicet, deligas quamlibet aliam in Germania Hispania Gallia Græciaue Academicam Lutheranam. Designa nomen locū templus, tibi veniam, honeste & fortiter me sistam, pro gloria Dei & veritatis tutela. Iudex inter nos constituatur Deus, sicut Aug lib. conf. 12. inquit, tu esto Deus noster arbiter inter confessiones meas & contradictiones eorum, exemplo gestorum inter Eliam & basilicos: Michæam & sacrificios, Dauidem & Goliath. nam ego fundam Dauid in te feram. tu me armis Goliath impetas, vt autem fortiter actio ordinata procedat, & euentum præscriptum sortiatur, Deus Iudicare sciatur, & alter nostrum errare, alter



\*  
vera dicere, & scripsisse solis Luce clarius  
cernatur. vsurpabimus compendio, quod  
saluum conductum Basiliense imperij ordi-  
nibus præscripsit, quod sic habet. & sig-  
nanter. Et signanter quod in causa 4. arti-  
culorum per eos attentatorum, lex diuina  
praxis Christi Apostolicæ & primitiuæ Ecl.  
vnacq; cum concilijs & doctoribus faudan-  
tibus se veraciter in eodē pro uerissimo &  
indifferente iudice, in hoc Basiliensi concil-  
lio admittentur, non autem, vt vestri Roma-  
ni textum illum sic falsarunt, eodem. Et  
signanter, quod causæ controuersæ, secun-  
dum sacram scripturam & Apostolorum  
traditiones, præclara concilia & Cath. Ecl.  
consensum & sanctorum patrum authorita-  
tes in prædicto concilio tridentino tracten-  
tur &c. Hæcq; eo modo agamus (quo im-  
perij ordines, & qui colloquia, quæuis pia  
multi pauciue, habuerunt) vt scripturam Iu-  
dicem sic (per quam docet & iudicat Iesus)  
intelligamus, quò ex actis, atq; Epistolis  
Apostolorum apparet fuisse ab his, & ab ip-  
sa primitiua Ecl. intellecta, & in praxi habi-  
ta, sine productione humanorum quæ con-  
ceperunt ipsi sine Deo & Biblijs: sicut scri-  
bitur

hatur ad legem & ad testimonium Esa. 8.  
Causam igitur nostram disceptemus ex ver-  
bo Dei, utriusque instrumenti, iuxta eum Mo-  
dum, quem ex Epistolis atque actis Apostolo-  
rum agnoscimus. Nam singuli Apostoli ha-  
buerunt sciuerent & sparserunt Euangelis-  
um, scribit Irenæus lib. 3. aduersus hære. Ac  
de Paulo Apostolo testatur contra te hacten-  
us tuus Romanus scriptor Iulius pogia-  
nus, ad principem Othon. truchses de Valdb.  
Aug. vind. Episc. S. R. E. press. Card. anno  
65, hæc, quid (ait) Paulus alter plane Iohan-  
nes (ut hoc inquit oratio mea definiatur ex  
emplo, quod propositam rationem attingit)  
is igitur cum se totum ad eam curam conuer-  
tisset, ut Christi mores, exprimeret, imitan-  
do, nonne tantum, illa cum voluntate, tum  
imitatione est consecutus, ut cuius vitam  
studeret effingere, eius Mentem assequere-  
tur, non modo cogitatione, sed etiam facul-  
tate. Quod (inquit) cum ipse omnes decla-  
rant Epistolæ, tum sapientissima fidissimi  
Consilij de virginitate exposita ratio maxime  
testatur. hæc ille. Ego ad tuam tuorum-  
que Academiã templum domumque venire  
ideo abnuo, quod Eccius, scripsit, lex vestra

B 5

pontis

pōtifficia fancit, sanctusq; huius expertus est,  
heretico (is enim abste credo habeor) fidem  
non esse seruandam. Deinde vestrum hoc  
tradit ingenium, quod literæ produnt, quæ  
dicunt, quod Cayn Abel Esau Iacob, seruus  
que liberum persequitur. Argumento tui  
sunt Hispani Galli Flandri, nihil simile à Lu  
theranis Acad. templis domibusq; prodi  
tum legis. vide Hilar. in Matt. 7. & Chry  
sostom. Hæc nos sic agere imperij con  
cessione licere, scribitur, ex rescripto Aug.  
concilij sub Carolo 5. art. 10 his verbis &  
quia. Et quia generale concilium in quo li  
berum sit omnibus, tuto, quod de religione  
sentiant, palam effari, hæctenus dilatatum: mi  
nime vetita aut interdicta sint nationalia  
prouincialia seu particular a concilia collo  
quia & conuentus. modo publicam pacem  
non perturbent. Quod autem me abs te vin  
ci prolit, argumento erit, quod deinde Cas  
tholicis non amplius incommodauero, tu  
umq; Catechismum vindicabis, solitæ glo  
riæ. Quod te vero confundi aut verti pro  
sit, testabuntur omnes nationes in quibus  
tu contra Deum Eccl. patres & sanctos ac  
decreta Concilij Augustani falsus inquisi  
tor

tor religionis pro papa in membra Iesu  
Christi furis. Nam sic carolus 5. art. 4. Cos  
ciliij Aug. promulgauit, cautum, §. in  
quiunt esse volunt, ne quis ex eo numero, q  
pontificalium sunt partium, Aug. Conf. Do  
ctrinam ac religionem temere carpat. Ac  
papæ (cuius tu tutor es) leges (quarum tu  
inquisitor & defensor es) clamant, eos qui  
confessionem Augustanam sunt amplexi,  
esse hæreticos & schismaticos, & si quem  
eiusmodi potes in Italia in Gallia in Hispa  
nia inferiorib; Germania & Bauaria depre  
hendere (es enim inquisitor prauitatis ut  
nam boni questor existeres) conijcs in ig  
nes, atq; alijs tormentorum generibus affi  
cis per creaturas tuas pontificias. Exemplo  
sunt scriptæ, pictæq; dictarum regionum  
inquisitiones, & bella in sanguinem sancto  
rum Iesu. Deinde furis contra 5 decretum  
Caroli & conciliij Aug, quod sic habet libe  
rum. liberum sit cuiuis, qui sub papatu sunt  
se se sine famæ & priorum bonorum dis  
pendio Euangelicis (uti vocant) partibus  
adiungere, etiam ex prælatis & alijs ordini  
bus. sed hos hos, inquã, tu cum papa habes  
pro infamibus. bonis exuis, exuris strangu  
las

las suffocas, te arbitro inquisitore per pontificios deputatos &c. Carolus quintus cum Concilio decidit. Hæc. Bona pace transigantur inter eos, nempe Pōtificios & Lutheranos. At te inquisitore arbitro flamma, aquis laqueis gladio crucibus damnationeque res religionis transiguntur. Denique hæc administras nobilis inquisitor per Germaniam contra omnia concilia habita ab initio Eccl. Tollis te supra Carolum quintum & concilium Aug. Nam contra hæc acta tua, ita imperator, & Concilium promulgat, § quæ. art 12: quæ in prioribus conventibus imperialibus decreta sunt, in quibus ab huius nouissimi Augustani conuentus constitutionibus vel paululum. quid diuersum ac cōtrarium fuerit, abrogentur annihilentur & cassa habentur. At tu contra furis. nam ubi ait, Cæsar & Concil. decernunt § in quibus. In quibus locis hæctenus vtraque religio, concessa fuit & ceremoniæ admittæ, nulla per violentiam eñciatur. At tu contra per Germaniã ideo es inquisitor vt Lutheranos pellas, crucies, è viuis tollas Argumento prostant, supra dicta Regna & aliæ dictæ nationes: sicut Bauaria. Weil du  
denn so

den so ein feiner helt bist/ der sich vber Gottes  
keiffen vñ rechter Christheit vrtail/ja/vñ rech-  
ter Christenheit vrtail vnd rechten setzet /wil ich  
dir dein jagent in solcher massen zum ende ver-  
helffen/ so es dir wie vorbeschrieben wolgefelt  
Den ich der gestalt mit dir zu reden in aller  
freuntligkeit bedacht/ das du nach vnserm be-  
sprech/solcher deiner vorbenanter inquisition  
sachen weiter wider die Christen Gottes zu v-  
ben zum wenigsten schemen werdest.

Eximij dicunt (& mihi cauent) te esse il-  
lum victorinũ, de quo Aug. lib. 8. conf. sic  
scribit. Quanto igitur gratius cogitabatur  
victorini pectus quod tanquam inexpugnabile  
receptaculum diabolus obtinuerat.  
& illis Ego, quod Augustinus, respondeo.  
ibidẽ. Rex noster alligauit fortem. videbunt  
vasa eius erepta mundari. Si tibi habeor ins-  
doctus maximeq; inæqualis, Concedam tibi  
bi forte, quod sis de ijs, de quibus Augus-  
tinus pronunciat, quod impij huius seculi  
sapientes, maiori doctrina & labore prædis-  
ti laborant, quò gehennam consequantur  
quam filij regni regnum Dei. sed eo es ipso  
miserior legens tua foris, ait Aug. lib. 9. Ac  
de syluestri cacumine vides patriam. nam  
fortius

fortius occuparis in alijs quæ potius te faciunt miserum scribit Aug. lib. 10, & deliciarum in Romana statua de qua Aug. li. 8. Sed si tu es Hebræus: Ego quoque, si græcus, Iam ego. Ante quadriennium contra vestram fucata[m] virginitatem pro coniugio concionatus sum dimidia hora, nil nisi Hæbraice. Deinde trib. partib. horæ non nisi græce, deinceps plusculum Latine, Germaniceque ea omnia pro gloria coniugij in arce festo, nuptiarum die. Id genus dictionis recū repetere volupe erit, non horis, sed integris aliquot diebus continua oratione, renouādum. Vnd wil drauff mit dir umbhalten / Augspurgck Teutschland Pabst vnd der Römische Keyser / werden dauon nach zu sagen vnd zu vrteilen wissen. nam & me Theologus quoque experieris, qui tibi sit satisfactor sed per Christum adiutorem meum. Quod pedes veni, ideo feci, quia scribitur quam pulchri pedes Euangelizantium pacem. Et libenter tango matrem meam terram, quia sentiens eam & videns suspiro in celum, vt aliquem Deo gratum fructum vel iam 27 Annos. ab alio matris ego rationalis, sicut illa Elementum, Brutale infinitos.



fnitos , quotannis , producam. *Domine/ver-*  
*hoff ich wil ich mit dir auß bringen/* item, quia  
dictum est, ibant plangentes & ferentes ses  
men preciosum. Ac ideo vel solus venio, vt  
experiar id mei Iesu promissum, non res  
linquam vos orphanos. fortiter venio. vt  
exemplum praestem quo se obsessum 1000  
David non timere ait & Aug. inquit lib 9.  
o in pace o in id ipsum. Nec me obijcio vo  
bis temere, quia declinauit hostes , meus  
Christus. & inquit. caute vobis a falsis  
Prophetis. Quod tu sis Doctor non ideo  
mihi plus tribuo. sed dabitur, nihi scio, in il  
la hora, ex promisso Iesu mei qui etiam non  
nisi raby est cuius typum gero. & placet mi  
hi via ipse saluator, vt Aug. lib. 8. & lib 9.  
inquit eo ipso mihi facilem victoriam pro  
mitto. Quia euacuatum est chyrographum  
quod erat contrarium nobis: hoc tui libri  
non habent. scribit Aug. lib. 7. Ego id &  
Eccl. videmus. testis tuus est Catechismus.  
Quod porro ego aio contra te obluctor, co  
cedit mihi vnctio mea a Deo & ius naturae  
tum gentium, quo ad incendium cuiuslibet  
extinguendum vel exotico licebit, modo  
qui ardet officium admittat, tu inflamma  
sti aus

sti augustam & reliquas orbis nationes, &  
flammas inquisitione adauges. Causa igitur  
boni permotus exemplo Arscenij (vide  
Eusebium, & ruffinum) tibi succurrendum  
sedenti in Cathedra mēdacij vt Aug. lib. c.  
Amaro & cæco aduersus literas de melle la  
cteas celi, vt Aug. lib. 9. quærenti inde placere  
operibus, vt Aug. lib. 6, quibus mentia  
ris vt mentienti tibi faueatur, vt Aug. lib. 6,  
qui es credendo solum sanandus vt Aug.  
lib. 6. quia doctrina tua occidis te Deo, &  
trucidas exaltationes tuas, sicut volatilia &  
curiositates tuas, sicut pisces maris, velut  
Aug. lib. 5, pro meo virili putauī. Hoc enim  
euentu Deo accederes, ac imperium Roma  
num organo Inquisitore tali funesto contra  
Christos Dei liberaretur. *Wolt ferner sehen  
wie ich mich wider deinen successorē wurd  
verhalten.* Nam quod ad Doctrinam fidei at  
tinet, abs te quæram, ex Aug. lib. 9. an tu sis  
ille, qui refundat innocentem sanguinem  
Deo Christo meo: an tu sis ille, qui ei Iesu re  
stituatur præcium quo nos Ihesus redemit  
vt nos, vel te tuosq; aufferas ei. Negabis te  
eum esse. Nam ad huius præcij nostri Sacra  
mentum ligauit ancilla (monica) tua anima  
suam

suam vinculo fidei, non missa tua inquit Au.  
ibidem. Deinde quod ad vitā attinet: si cum  
Aug, Confitearis, sic lib. 3. Viuitur male ad  
uersus tria & 7 psalterium decem chordarum,  
decalogū, Deus altissime, sicut idem  
spiræ aulicus est Cæsaris concionator falsus:  
sicut Cæsa. May. in memoriam in concil.  
reuocauit. Deinde, si cum Aug. Edixeris  
opera sequi iustificatum. Neq; ea tamen  
quicquam vitæ futuræ mereri, sicut Aug.  
scribit de fide & op. lib. item de gratia & li.  
arb. Cum prospero amb. & Bernh. Nec Erubescas  
cum victorino esse infans Christi  
tui, pronunciesq; verbum cum victorino  
Christi, vt Aug. lib. 8: iam te facile Deo sub  
iugabis, & nostris querelis cedes. sed de  
partib. catecheseos agemus, vt voles, quid  
vbi quando & quomodo, velis rescribas  
Nec tepigeat, quin te ocys expedias. Imis  
teris velim Augustinum, quem tu mirifice  
iactas tuum esse patronum, neq; vmbra ex  
ples, quod ille, ante & tunc cum conuertes  
retur, posteaq; profecit. idq; lectione pauli  
& voce Angeli Domini. Ad quæ si te con  
formares, iam te ipsum inuerteres, ageres  
aliud & aliud diceres, quā falso ministras.

C

Sic N.

Sic N. Aug. lib 8. scribit. quodam igitur die, non recolo causam, qua erat absens nebridius, cum ecce ad nos domum venit, ad me & reliquum potitianus, quidam ciuis noster in quantum affer, & forte supra mensam lusoriam quæ erat ante nos, attendit codicem, tulit aperuit, inuenit Apostolum paulum, inopinate sane. post. Arridens me inueniens gratulatorie miratus est. Quod eas (meret wol) & solas præ oculis meis literas repente comperisset. Christianus quippe & fidelis erat. & hunc paulum, si deserta missa & spinis mendaciorum neglectis solum, uel cum Euangelistis attentius legeres non secus immutareris, quam ille lectione Pauli apud treueros mutatus est, de quo Aug. sic lib. 8. scribit. turbidus parturitione noue uitæ reddidit oculos paginis & legebat & mutabatur intus, ubi tu videbas &c. Iam tum proxime exprimeres & diceres quod Augustinus in horto ad arborem deuolutus pro conuersione inquit Ps. 12. tu domine usque quo usque quo domine Irasceris in finem. Cui puer Angelus respondit, hæc. Tolle lege, tolle lege. Augustinus represso, (inquit) impetu lachrymarum surrexi: nihil aliud

hil aliud interpretans diuinitus mihi iube-  
ri, nisi vt aperirem codicem & legerem. (tu  
hic missam tuam solitā habendam imagina-  
ueris) quodq; primū capitulum, quo primū  
coniecti sunt oculi mei Rom. 13. non in cō-  
mestationibus & ebrietatibus non in cus-  
tibus & impudicijs non in contentione,  
& æmulatione, sed induite Dominum Ihe-  
Ch. & carnis prouidentiam ne feceritis, in  
concupiscentijs. merçē fort. hæc ait. Ultra  
nolui legere, nec (merçē da) erat opus. statim  
quippe cum sine huiusce sententiæ, quasi  
Luce securitatis (o deploranda vestra dubi-  
tatio) infusa cordi meo, omnes dubitationis  
tenebræ diffugerunt. Tu hic non subsiste-  
res, sed scriberes, sicut pōtificij, dubitandū  
esse; quæres secundo solitudinem: quod  
est perfectionis vestrum initiū: sicut author  
contra amicum meum kemnitium, vester  
fūdauit. Missas porro peregrinationeq; ad-  
dornatores: sicut surius vester, scriptor de  
initio gradus vestri meminit: ac parens ve-  
ster Ignatius Loyla præiuit. Quod in Mar-  
purgensi contra vos libello exposui. Exem-  
plo hoc Aug. Colligeres assumeresq; fra-  
tres, sicut Aug. alipium, eadem lectione Lu-  
cratus

cratus est. legit enim Alipius eadē verba &  
quod sequitur. infirmum autem in fide assu-  
mite. Quod (inquit) ad se alipius, retulit  
mihicq; aperuit. sed tale (merceda) admonitio-  
ne firmatus est. Deinde illi non ad saxa  
montesq; , sed ad matrem digressi, sicut eo-  
dem loco habetur, Eccl. functioni sese dedi-  
derunt. idem igitur cum tuis, sine rubore  
puer Dei & crederes & viueres. sed ad pro-  
posita rescribo, quæ, ut memini, voles, mihi  
etsi non polypheno, sed vt tunc David, ob-  
scuro. Nam humilia elegit deus, non vt tu  
& Goliath illustris. Necq; expectes, donec  
sacrifici aliquot frumentum Augustanis ci-  
uibus (sicut in via à pontificio ciue fido audi-  
ui clam spirari) contra caritatem præsentē  
elargiantur, gratis, quo concionatores suos  
vrbe exigere ciues vicissim vellent. Nam  
quātum deprehendi his 7. hebdo. quibus fa-  
miliariter illis conuixi, edocti à suis lauda-  
tis concionatoribus, non solo pane viuere  
hominem, sed omni verbo Dei, non ventis  
causa Christum, verbum, concionatoresq;  
Pontificijs officijs seducti exterminabunt.  
Nam credunt prius quam fame morerentur  
angelos & coruos, Augustanos se esse pas-  
sturos

sturos. largire tu cum tuis in nationibus  
omnibus panem vitæ, Iesu mei, iam caritas  
desinet, tuusq; orbis erit & foelicissimus. va  
le script. raptiil. Aug. die solis 4. feb. à puri  
ficatione & sequenti die mercurij 7. feb. di  
lingam à Lauinga ad Canissum transmiss.  
anno 71. &c. si quid contra cathechismū es  
scripturus id à me, tanq̃ puluis à vento dissi  
pabitur. Integram horam legit hæc Canissi  
us & deliberavit, tandem respondit nuncio  
se per multas scriptionū occupatū occupa  
tiones, non posse eo die rescribere. die 8. feb  
hora 6. remiss nuncium, hunc tenuit vsq; ad  
horam pri. tandem respondit, se nolle scri  
bere, debere ipsum me venire, & responsum  
referre. testis est sanator Lauing. Simon  
Meier Consularis meus hospes, cum tota  
domo, & Bibliopola Michaelle eiusdem vr  
bis. sed nuncium ad Canissum remiss

hodie anno 71. 9 feb.  
eundem.

C 3 Copia

# COPIA LI

TERARVM GNIPHEAI MIS

far. D. Canisso dilingam anno 71.

9, feb. Lauing. hos  
die.

**N**on veniam ad te ipse, relaturus ex  
noretuo ab q̄ literis responsum, quia  
secretarius vester pontificius' rescripsit, s̄  
dissime, sub Paulo 4. Vos theatinos, aut  
Iesuitas, tametsi clanculum esse Malignos  
& seditiosos. Exemplum statuit actione 3.  
quo Iesuitam imprudentem & effutientem  
(ad Cæsarem) Hispanum depingit, de tua  
malitia & seditione id scribit, eodem, quod  
Ratisbon' cum staphylo & contra ferdinã  
di Cæsaris iussum, colloquium sanctum ab  
rupisti, scribit in eadem actione, quod pieta  
tẽ Maximiliani tunc Regis nunc Cæsaris  
literis subinde exagitaris. scribit te Ferdinã  
nando authorem fuisse vt curaret Maximis  
liani filios, nostra doctrina non à Muslero  
imbuendos. scribit, quod sis importunus  
(eodem) & nihil aliud te cogitasse quam de  
regijs concionatoribus perdendis, sed eos  
præsi



præsidio populi ita fuisse suffultos. vt nihi  
posses proficere. quid dñi boni, mihi diligere,  
esset futurum si absq; præsidio, me sisterem.  
necdum n. tu scribis, dicis ostendis, quod a-  
nimum isthuc mutaris. duo igitur præsta.  
scribe mihi manu propria, te istum animum  
mutasse malitiosum, nec in me euomere vel  
le. Deinde reuoca manu propria scripta iu-  
rumentum pontifici à te præstitum, cum in-  
quisitor Romanus per Germaniam fieres.  
quod sic iurasti; sicut id secretarius pontifi-  
cius tuus actione 3. scribit. hæreticos schis-  
maticos & rebelles Domino nostro papæ,  
pro posse persequar & impugnabo. Hæc  
ille. tunc veniam diligam. Ego contra pro  
te me omni periculo vel mortis, omni ver-  
bo factocq; tibi contrarijs, ita obijciam, vt ip-  
se feram, quicquid Magistratus. ciuilis, Ec-  
clesiasticus Academia & vulgus in te face-  
re aut dicere præsumpserit, donec te vicero  
quod te vincam, nihil ambigo per Christum  
meum. te autem victum manu in templum  
Lauing' ducam, & tibi Christum prædica-  
ri curabo, quæ hæctenus tali professione ne-  
gasti; ambasc; sacramenti species, ad insti-  
tutionem Christi mei tibi porrigi curabitur  
C 4            quas

quas tu haectenus impiè diuulsisti. Vom hastu  
ein Erlich blut beim herzen / oder ich wil dir  
auff verschriebene weise kommen. sin neutrum  
feceris expectabis quæ prima Epistola  
Aug. vind. pridie Natalis Domini ad te  
scripsi. Inquiram enim in tua scripta, sicut tu  
haectenus tuo malo per orbem, inquisiuiti,  
Vnd wil es durch Gottes gnaden dahin brin-  
gen / du solst deiner inquisition dich bas beden-  
cken, Datum Lauing. anno 71. 8. feb.  
Non est quod literas à me plures expectes.

**C**V M hæc Canissus legisset, meditatus  
secum est, aliquot horis tandem duos  
ministros suos emisit, quibus meum nunc  
ciū recedere ad me absq; vlllo responso alio  
iussit, nisi quod dixerit, sese non obligari, vt  
rescribat: nolle se Lauingam venire, neq;  
iam petere vt ego dilingam accederem. qui  
bus ad me relatis, redi ilico Lauinga. Au-  
gustam, & euentum hunc senatui Augustae-  
no, cathedrę pontificiæ per decanum & Ca-  
thedrę Lutheranę per M. Chrystophorum  
pastorem scriptis transmisi, vt senatus à pro-  
fugo Canisso declinaret, pontificij à Iesuitis  
abalienarentur, & nobis gradu propiori ac-  
cederent:

cederent: Lutherani autem sibi gauderent,  
Gniphæocq; gratularentur ac in futura com  
precatentur, &c.

Dem Edlen Eh  
rentueſten hochachtbaren vñ  
Wolweisen Herren Burgermeiſtern  
vnd Rath der löblichen Keyſerlichen  
Stadt Augſpurg/ 2c. meinem  
gnedigen Herren.



Die Ehrentueſte/  
hochachtbare wolweiſe/  
G. H. meine vntterdes  
nige dienſt ſind E. G.  
zuuor an jederzeit bereit  
G. H. Ich kan E. G.  
Chriſtlicher wolmeinüg  
nicht verhalten / w3 ſich  
zwiſchen mir vnd H. Doct. Caniſio hochſten  
gelehrten im Römischen Reich von Weinach  
ten her verloffen iſt/ bitte E. G. wollen ſolches  
gerne vernemen. Sintemal der lobliche Rath/  
mit ſonſten

mit sonsten allerley bössen vnd gutten weltli-  
chen geschrey auch vielmal zu hören vberladen  
werdet. diß aber gehet die Seelen / vermeine  
auch E. G. in sonderheit / sampt der loblichen  
gemeine im ganken Augspurgischen Bistumb  
an / darin Pöbstliche vnd Lutterische benandt.  
Die pöpstliche hangen an Canisio / vom Pappst  
wegen Inquisitor durch Germanien. hat  
drumb einen Catechismum geschrieben sei-  
nen Pöbstlichen in aller welt fürnemlich im  
Bistumb Augspurck damit zu speisen / vnd ja  
zum ewigen leben. solchs hab ich im vmb gefe-  
ret / vnd ja mit Gottes wort / vnd der allgemein  
Kirchen lehr. hab solchs E. G. gemein zu dru-  
cken lassen. Aber E. G. haben das meine ver-  
worffen / vnd Canisij speise geliebet. Nach dem  
hab ich Canisium auff Christabend zum be-  
sprech / oder zu schreiben befordert / damit er das  
seine verantwortet / vnd meines widerleget: auff  
das Einigkeit / oder auch ich vber wonnen ge-  
straffet wurd. Canisius verhieß antwort eins  
tages / auff dem Negesten fordert er mich selbst  
antwort zu holen / welchs einen vnzeitigen so zu  
fördern anstehet. Hab doch vmb predicanten  
mich zur zeuge auch anders vmbsehen / die es  
aufferlegethen beuehl halben nit thun dörssten.  
Er hat mich von mir zu gast geladen gesche-  
wet / al-

me / allein zu ihm kommen hab ich nit wollen /  
weil er nit wolt schreiben / das er sagen bedacht.  
Ein Erlich man dorff schreiben / was er reden  
dorff. Hab in derhalben den 4. Jan. gehn Lau-  
ingen für der vniuersitet geladen / alda er mich  
für die Doctorem vberwinnen vnd straffen  
möcht / er aber von mir vberwunnen in die Lut-  
tersche Kirche gefüret wurde / vnd im Römi-  
schen Reich kein Christen mehr würget. Auff  
diese Citation / hat er / oder die seine / mich gehn  
Lauingen heissen kommen: dahin ich geraten.  
Hab in Citirt / wie hie die schrift auß den vet-  
tern / Bibel Kayser Carl vnd Augspurgisch  
rechten lautten. Erstes tages / entschuldigten in  
sein schefften zu schreiben. am andern hielt er  
von 7. bis vmb 1. v. den botten mit verheissung  
auff: brach lezlich heraus ich solt zu ihm kommen  
gehn Dill. wolt aber auff diese verweisung / er  
wolt sich an mir mit gewalt nit her rechen / wie  
er an Kayserlich Maiestet Prediger. So er  
gehn Lauingen kem / wolt ich leib vnd leben für  
im zur abdrach setzen. Da Canisius solchs lie-  
set / wil er nit kommen / nit schreiben / begeret mei-  
ner auch gehn Diling. nit. drauff ich der vni-  
uersitet zeugnus genomen. Hier auß beschließ  
ich vnd andere mit mir / das Canisius sein lehr  
vnd leben nit verantworten dorff. Bitte derhal-  
ben. E.

6 n E. G. wollen Canisij lehr leben vnd Kir-  
chen/schewen. Vnd E. G. Edle Blut dauon  
abschewen/vnd zu der Lutterschen Kirchen ein-  
gehen. Den Canisius sol hinferner mein sche-  
mel / vnd sein Bücher mein staub sein: das wil  
ich in Gottes Kirchē also erweisē/dz die sich sei-  
ner anmassē/sich bz bedēckē/ sintemal er wid d  
Lutterschen lehr vnd den Lutterschen selbst/auch  
des fals wider mich vnd mein lehr bis in todt  
zuuerfolgen geschworen hat / vnd dorff solchs  
doch nicht verantworten. Achte inn der halben  
für dem/dar für im Gott Joh. 10. vnd schiltet  
Matth. 7. Kont er es verantworten / so solt er  
sich/wie ein erlicher verantworten. Sintemal  
ich in/darzu/bey seinen Ehren Citirt hab. da ist  
der text. Ich hab die sach auff Lauter Hebreisch  
vnd Griechisch / mit im außzuführen durch die  
Bibel vnd allen höchsten scribenten von An-  
fang her verheissen / vnd drauff Citirt. Aber  
Canisius bleibt im winckel. Ist er ein thumb-  
prediger/so bin ich eines fürsten / das meh3 ist.  
Es gezimmet nit/das ein Ersame Rhat/dieben  
Kaubers vnd Morders/ in/vnd vor der Statt/  
Stelen rauben vnd würgent zu sehen / sondern  
greiffet/zu: vnd zeigt andere stett . vnd jedem  
So stille raubet vnd würget Canisius an der  
Seelen/vnd ja auch E. G. vnd E. G. geblut  
Seelen.

Seelen. Drumb greiffen wir von Gott darzu  
verordnet an den gemeinen feind. Ich hab ne-  
ben andern die gewalt/macht auch gelerheit Ca-  
nisium zu stürzen / wan er nur feme. Drumb  
warne ich E. G. vnd E. G. geblüt / wil diß  
alles J. Rō. Kay. May. verstendigen / vnd  
neben mehren diß in offnen druck lassen außge-  
hen. Solchs wollen sich E. G. vollends lassen  
gefallen/ vnd Gott nit widerstreben / sondern  
die ehz gunnen. E. G. vnterdeniger M. Johan-  
nes Gnyphcus Weiland hoffprediger zu Carl-  
stein vnd in Lysland.

PROFESSORES INCLYTÆ  
Academiae Lauing. Iohanni Gnis-  
phæo fr. S. D.

**S** P. Petitioni tuę hoc tempore satisfacere non possumus: partim quod ob valetudinem afflictam conuenire, scholarum chę non possunt, partim quod penes nos nō est inquirendi aut cognoscendi potestas: & quid vos agatis, quę negotia vestra sint, ignoremus ipsi. Quare si tale aliquid molimini, licebit veniam, in aula apud principem impetrare: ad cuius nutum & voluntatem  
omnia

omnia consilia & actiones nostras referre,  
nos oportet: & sine eius consensu, nihil sta-  
tuere nihil suscipere. bene vale & respōsum  
hoc nostrum boni consule: anno 71. 9. feb.  
Lauing.

Professores.

Ad hæc Gniphæus sic  
respondit.

**S** D. Actum est tribus his diebus. do-  
ctissimi professores de Dialectica que-  
stione: an: an Canisius mecum colloqui vo-  
let. promittit, & querit effugia. cum scribat,  
se velle, tum requisita curabo. quid enim es-  
set princeps sollicitandus & reliqua, cons-  
quirerentur, si Canisius comparere nolit:  
quæ sunt negotia, ex literis videtis. ille de-  
niq; colloquium & scriptiones subtere  
fugit, id proinde velim vos tan-  
tum contestari. valete

Anno 71. fe-  
br. 9.

Iohannes Gniphæus.

Testimonium



Testimonium omnium professorum. Lauing.

**S** P. Retulit hic tabellarius, quod **ter**  
**missus** dilingam ad Canissum, nullum  
non modo responsum impetrare potuerit:  
Sed neq; debere rescriptionem iudic  
carit. quod Contestamur  
vniuersi.

Professores.

Anno 71. Feb. 9.

FINIS LAUS DEO.

•§•

•§•



•§•

•§•

Festsetzung der Ordnung  
der Fakultät

Die Fakultät hat beschlossen, dass  
die Professoren der  
Theologie, Philosophie,  
Rechtswissenschaften,  
Medizin und  
Naturwissenschaften  
an der  
Universität  
Leipzig

Professoren

Anno 1711

FINIS LAUS DEO

1711  
1711  
1711  
1711



Edificare domos et pascere ovium  
Sicut ad expectatum per ovem dicitur.

154405

ULB Halle

002 181 886


3



56.

VD 17





*d*  
Ganisijs veltflucht  
aller Jesuiter v  
ster auch des Rännschen  
pstes Doctors Petri Ganisijs auß  
ung / darmit er nach S. Petri befehl von  
Johanne Gnipheo Frisio vor der hohe  
iuersitet auff besserung auff höchsten spra  
chen vnd löblichen scriptoren Christlich  
gebetten / sich nit hat stellen  
dörffen / etc.

alles dem Papstumb auch selbst Ze  
ern von Ganisio abzufallen / vnd  
Lutterthumb bey zufallen dem  
benedeytten Gott zu Ehren auff  
Lattein vnd Teutsch be  
schriben.

M. D. LXXI. 25. Martij.

*Der Guck ist mein nachbar  
Jo. Guck!*

